



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De sacerdote, cui in oratione dormita[n]ti crucifixus dorsum vertebat, cap.
29

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

dore se excussit, nec postea tanto torpori facile concessit. Hoc scias quia non permittitur diabolus nos tentare quantum vult, & quā diu vult, ne decepti ab illo pereamus: sepe inuitus, virtute diuina cōpulsus, his quos tentet fallaciam suam manifestat.

CAPVT XXIX.

SACERDOS quidam ex monachis nostris solitus fuit dictis matutinis in illo interuallo, quo fratres solent vacare orationi vel psalmis, super vnam sedium se deponere, & inter orationis verba dormire. Volens illi Dominus ostendere, quia tali hora, & maximè in tali loco, non esset dormitandum, sed in oratione vigilandum, apparuit in cruce ei verso dorso ad illum, vt dicere videretur: Quia tepidus es & acediosus, non es dignus faciē meā intueri, & hoc sibi sepe contigisse testatus est.

CAPVT XXX.

ALIVS quidam monachorum nostrorum, Christianus nomine, ætate quidem iuuenis, sed vitæ tam sanctissimæ fuit, vt vnus crederetur de Sanctis, qui sunt in terra Domini. Hic corpore tam debilis erat, vt eū viuere cœderet. Noctē quadam, dictis matutinis vsque ad laudes, capiti suo parcere volens, super lignū quoddā antē altare se prostravit, sub forma orationis ibi dormitās. Mox vt oculos clauserat, affuit gloriosa domina nostra virgo Maria, & veste eū feriēs, excitauit dicens; Christiane, nō est hic locus dormiēdi, sed orādi. Statim ille euigilās, apertis oculis posteriora feminae recedētis vidit, & vocē femineā iā dictum sermonē cōcludentem audiuit. **A P O L.** Quātū ex isto iuvene cōsidero, nō omne tēdiū boni operis ex vitio est, sed aliquādo ex corporis infirmitate. **CÆSAR.** Ex vitio primi hominis omnis tētatio est & infirmitas, seprē verò ex culpa illius cōtraximus pœnalitates, esuriē videlicet, sitim, frigus, calorē, lassitudinem, infirmitatē, mortē: quādo motus harū penalitātū ordinatus est, pœnā habet, sed nō culpā: quādo verò inordinatus est, pœnā habet & culpam. **APOLLON.** Quid appellas lassitudinē? **CÆSARIVS:** Somnolentiam, & alium